

55²⁸

Amplissimo Crusio, V. C.
S. D. Boehmius.

Recte accepi utraque litteras Tuas, cum exemplis elegantissimi
Programmatis, quae per occasionem ad exteros amicos, qui sunt ta-
tum curiosos, et intelligentes, transmittam. Carmen Tuum iam ante
ab Weickmanno acceperam, aequè ac Belius, cui id, credo, idem
commendavit. Neque enim ego apud Belium multum valeo, quamquam
sum illi longe debitissimus. — De Felasio meo securus esto. Nec
tamen velim, ut ferram reciperes, et vindicias sentbar. Et, ut
dicam, quae sentio, res mihi ne digna quidem videtur, quae tanto
molimine agatur. Altera pars Tuae Recensionis nondum typis
exscripta est; quae simulac prodierit, haud Tibi deero. De Ju-
stano Stolycho, dubito, fore ut et quae misisti, et quae se mis-
suras promittis, edantur. Itaque ne frustra operam infumas,
manum de tabula! Jam vero ad Acta Laus. Od. quod adinet,

heus! Tu, Optime et Amicissime Crusi, qui factum, quaeso, ut
 spem expectationemque saepe defelleris. Quippe semel ite-
 rumque ac saepius longam, diligentem et accuratam commemora-
 tionem eorum promiseras: atque ego Te unum putabam esse, qui
 et vellet et posset in negotiū cum laude exsequi. Et profecto
 insunt istis res memoratu dignissimae, quae per ora non modo
 doctorum virum, sed administratorum Rei publicae, sed Legatorum
 ferantur. Ergitur age, quaeso, haud dedigneris retractare illam
 Recensionem Tuam, antequam commentariis inseratur. Qua qui-
 dem benevolentia in Te mea et Belium obstrictum Tibi reddes,
 cui et ipsi Pastorius longa laudatione, et commemoratione,
 dignior, quam iste sine Stagecius, sine Telapius visus est. Quod
 si hanc operam insumere nolis, rem committam amico Lipsiensis,
 Nartum autem est illud Opus meum multos et magnos Patro-
 nes, etiam in Aula nostra, ipsum adeo amicorum Regis Prin-
 cipem, qui me propterea novis titulis honoribusque augere

voluit; quos ego ut nunquam ambiui, ita ne cui, pere qui-
 dem sponte oblator volui, quamvis hanc talem propensissi-
 mam voluntatem magno mihi honori ducam. Egi ut Pa-
 tronis super aliis Commodis, quae in me conferantur, ne te-
 licta Lipsia Italiam abeam, in quam Academiam me Fride-
 ricus, Prussiae Rex, honestissimis conditionibus evocavit, et
 eloquentiam in ea profitear, inter nimia gæholicum Gehalt
von 800 r. guttau Galts, und autem Vortheilum, malis rufu-
lulum Galtschem in Ausfühung von Herr nicht gnußgültig sein.
 Quod magni Regis de me honorificentissimum iudicium, dici
 non potest, quam me conspiciam reddiderit apud Patrones Dres-
 denses. Sed de hoc forte alio tempore plura. Jam vero o-
 ro Te obtestorque per communia studia, per amicitiam no-
 stram, per meum, in Te, eruditissimum virum, candidissimum a-
 morem, des robis hoc in primis, et studiosius ab Te Acta nostra
 commemorentur. Vale, et me ama, Chr. d. XV Jun. MDCCXIII.